Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 156

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 359.

3

3° Sermones quadragesimales. 145a–189a

Sermones quadragesimales num: 44. Primus incipit: " Tu autem cum jejunas unge caput tuum Mat. VI. In hoc jejunii capite notandum est nobis." Cujus sint, adhuc ignoro; S: Vincentii Ferrerii non esse, licet iisdem incipiant verbis, patet ex edit: Norimb: 1492. His manus aliena septem addidit sermones diversi thematis partim mutilos, partim minoris momenti, quam ut iis diutius immoremur.

Cod: CLVI.

Chartac: Fol: Saec: 15.

A 7.16.

1

Henricus de Ratisbonae

Aegidii Romani Lucianus, seu Lucidarius. 1a–124a

Ægidii Romani Lucianus, seu Lucidarius, id est, expositio vocabulorum biblicorum ordine alphabetico. Initium prologi est: "Cum juxta sapientis assertionem bonorum laborum gloriosus sit fructus." In fine prologi author dicit, hoc opusculum non incongrue nominari Lucianum, quia difficiles dictiones ex diversis doctorum descriptionibus producuntur in lucem. Opus ipsum incipit: " Abba sicut dicit glossa ad Gala,

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 156
[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 360.

"thas iiij^to hebraicum est et interpretatur pater."
Calci adscriptum est: "Explicit Lucidarius com-
"paratus per dominum Johannem Romph de
"Wet~ sub anno domini M cccc XV^o. Notan-
"dum quod anno domini M cccc XVI^o fuit mag-
"na caristia etc."

Aegidius vulgo Romanus ex nobili Co-
"lumniorum familia ortus, unde et Colum-
"nius, seu de Columna dictus, Ord: Fratr.
Eremit: S. August: S. Thomae Aquin: disci-
"pulus, ob scientiam doctor fundatissimus
nominatus, primus cum Petro de Taranta-
"sia Parisiis doctor Theologiae, et postea
Episcopus Bituricensis creatus obiit a^o 1316.
Vide Ossingerum in Bibl: August: p: 237. seqq:

2

Guilelmi Britonis Vocabularius

1 2 5 a – 1 7 5 b

Guilelmi Britonis Vocabularius cum vocabulo-
"rum hebraicorum in Bibliis occurrentium in-
"terpretatione latina. Incipit: "Abba secun-
"dum papiam Sirum nomen est, quod grece et
latine dicitur pater. In fine legitur: "Ex-
"plicit Vocabularius Britonis anno M^o cccc^o 16^o
per manus Johanis Romph pro tunc tempo-
"ris predicator in gmund patav. dioec."

Guilelmus Brito, Camber, Ord: Minor:
diem obiit a^o 1356. Vide Fabric: Bibl: m.
et i. latin: T. I. p: 282.

3

Vocabularia latino-germanica. 176a–227a

Tria vocabularia latino-germanica. Initi,um primi est: "Abreviare, chuerzen;" Secun,di: "Abba hebraice vater;" utrumque ordine alphabetico. Ad calcem posterioris legitur: "Explicit vocabularius britonis anno domini M. cccc xvj°." Sed falsa mihi haec videtur: nullibi enim Britoni tale lexicon attribuitur. Primum continet verba; alterum nomina. Tertium denique continet nomina variora, ut videtur indiscriminatim collecta, quo,rum primum est: "Magestas (a) allmechti"chait."

(a) Majestas.

4

Sermo de Neomysta. 227b–229b

"Sermo bonus de novo sacerdote." Ita rubri,cta; initium est: "Tu eris super domum meam et ad oris tui imperium cunctus populus obediet Gen XLI cap: Nostis Karissimi ..."

Cod: CLVII.

Chartac: Fol: Saec: 15.

A 7.17.

1

Sermones. 1a–59a

Sermones a nativitate Christi usque ad pascha. Primus incipit: "Invenietis in,fantem pannis involutum et positum in præsepio Luc: 4. In hys verbis circa nativi,tatem Xti 4 describuntur." Ultimo Sermo,ni codicis possessor propria addidit manu: "Cuicunque presens liberdatus fuerit, vel qui in eo legerit, debet fideliter orare pro

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 156

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27495

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)

Handschriftencensus - Eine Bestandsaufnahme der handschriftlichen Überlieferung deutschsprachiger Texte des Mittelalters:
http://www.handschriftencensus.de/9634